

Τοῦ Ἐναντιοφανούς. Εἰρηται βιβ. μα'. ἐν τέλει τοῦ α'. τιτ. ἦτοι βιβ. ν'. τιτ. α'. κεφ. τελευτ. ὅτι ἐὰν ἐγκνος δοῦλη πραθῆ, ἢ ληγατευθῆ, ἢ οὐσοκαπιτευθῆ, ἐκείνου ἐστὶ τὸ τιμώμενον, οὕτως ἢν αὐτὴ ἐν τῷ τίκαται, οὐ μὴν ὅτε συνέλαβε. ἀνάγνωθι βιβ. μ'. τιτ. ε'. διγ. μα'. θεμ. δ'. ἦτοι βιβ. μί'. τιτ. δ'. κεφ. μα'. καὶ βιβ. γ'. τοῦ κωδ. τιτ. λβ'. διατ. α'. καὶ ζ'. [Sch. h. III. 417.]

εἰ μὴ περὶ αὐτοῦ ἔρητῶς] Ὅρα καὶ ἐντεῦθεν, ὅτι οἱ καρποὶ οἱ χωρισθέντες τοῦ πραγματος πρὸ προκατάρξεως ὡς ἄλλο τι πρᾶγμα εἰσὶ, καὶ χρεῖα καὶ ἐπὶ κειμένοις¹⁾ ἰδικῆς ἀγωγῆς, ὡσπερ καὶ ἐπ' αὐτῷ τῷ πράγματι, οὐ μὴν δὲ καὶ οἱ μετὰ προκατάρξιν. ἢ γὰρ προκατάρξιν πάντα σιωπηρῶς περιέχειν δοκεῖ, ὅσα μετὰ ταύτην συμβαίη²⁾ τοσοῦτον, ὅτι καὶ ὀρφικῶς τοῦ δικαστοῦ οἱ μετὰ προκατάρξιν λέγονται ἀπαιτεῖσθαι³⁾ καὶ οὐδὲ ἐστὶ ἰδιόουσα ἀγωγή ἐπ' αὐτοῖς. διὰ τοῦτο γὰρ, εἰ καὶ μὴ ἔρητῶς ἀποφηνῆται περὶ τούτων ὁ δικαστής, ἐσθῆσαν, ὡς βιβ. ιε'. τιτ. α'. κεφ. λβ'. θεμ. β'. ὡστε εἰ μὴ ἐνήγαγεν ἐξ ἀρχῆς, κινεῖ πάλιν καὶ περὶ τούτων, καὶ δίδωσι λίβελλον. [Sch. i. III. 417.]

Ἔστι δὲ καὶ ἐτέρα ἡν ἔρη, ἐφ' ἧς καὶ θέλων τις ἐναγαγεῖν περὶ τοῦ πρὸ ὑπερθέσεως τοκετοῦ οὐ δύναται. καὶ ζῆται βιβ. μδ'. τιτ. β'. κεφ. τελευτ. καὶ τὴν ἐκεί τοῦ Παλαιοῦ παραγραφῆν. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ περὶ καρπῶν. [Sch. i. III. 417.]

ια'. Ἰδεμ. Ὅ τὰ πολιτικὰ διοικῶν διαφόροις ἐδά- νεισε, καὶ ἔθους ὄντος τοὺς μὴ ἐμπροθέσμως καταβάλλοντας τοὺς τόκους διδόναι βαρυτέρους, τινὲς μὲν ὑστέρησαν, τινὲς δὲ πλεόν δεδώκασιν· ἐκ πάντων μέντοι συνήχθη ἡ ἀναλογία. εἰ μὲν ὁ διοικητὴς τοὺς τόκους ἐπρωτῶτησεν, οὐδὲν πλεόν εἰσάγει τῇ πόλει τῶν κατὰ συνήθειαν ἀπαιτουμένων, κἂν μὴ τὰ πάντα χρεῖα ὡσιν εὐπορα. εἰ δὲ δοῦλος τῆς πόλεως ἐπρωτῶτησεν, εἰ καὶ τὰ μάλιστα αὐτῷ τῷ δικαίῳ αὐτῇ κεχρεώσθηται, ὅμως τοῖς ἀπόροις οἱ μείζονες τῶν τόκων συλλογίζονται, εἰ μὴ ἔταιμός ἐστιν ἡ πόλις ὄλων τῶν ρομιματικῶν τὴν τύχην ἀναδέξασθαι. ταῦτα⁴⁾ σχεδὸν καὶ περὶ ἐπιτρόπων λέγομεν.

ὁ τὰ πολιτικὰ διοικῶν] Γαῖος τις Σείος τὰ τῆς πόλεως χρήματα διοικῶν ἐδάνεισε Πρῶτον καὶ Σεκοῦνδον καὶ Τερίτον καὶ Κουάρτον σ'. νομίσματα, ἐπερωτήσας αὐτοὺς ὑπὲρ τόκων νομίσματα σ'. τοῦτο δὲ ἦν ἔθος τῇ πόλει. εἶχε δὲ καὶ ἕτερον ἔθος ἡ πόλις· ἀπῆτει γὰρ τοὺς μὴ παρέχοντας εὐγνωμῶς τοὺς τόκους, λόγον χάριν, νομίσματα δύο. τούτων δὲ οὕτως γεγενημένων ὁ μὲν Πρῶτος καὶ ὁ Σεκοῦνδος λόγῳ τόκων δεδώκασιν ἕξ νομίσματα. ὁ δὲ Τερίτος καὶ ὁ Κουάρτος εἰς ἄγνωμοσύνην ἐράπησαν. ἐντεῦθεν ὁ τῆς πόλεως διοικητὴς κατὰ τὸ τῆς πόλεως ἔθος ἀπῆτησεν αὐτοὺς λύσιν ἄγνωμοσύνης τὰ δύο νομίσματα· οἱ δὲ κατέβαλον ἄγνωστοί, ὅτι οἱ συγχρεώσται αὐτῶν τὸν ἀναλογοῦντα τῷ παντὶ χρεῖε κατέβαλον τόκον, λέγω δὴ τὰ ἕξ νομίσματα. τὸ ζητούμενον, ἄρα ἡ πόλις τὰ β'. λαμβάνει ταῦτα νομίσματα, ἢ ὁ διοικητὴς μένει ταῦτα κατέχων; ἀκούσον γὰρ τὰς δικαιολογίας τῆς πόλεως καὶ τοῦ διοικητοῦ. ἔλεγεν ἡ πόλις, ὅτι ἔθος ἔχω ἀπαιτεῖν τοὺς ἄγνωμοσύνους τὰ δύο ταῦτα νομίσματα· νῦν ἐκ τοῦ ἔθους σου οἶν ταῦτα ἔλαβες. ὁ δὲ διοικητὴς πρὸς αὐτὴν⁵⁾ ἔθος ἔχω ἕξ⁶⁾ νομίσματα λαμβάνειν λύσιν τῶν σ'. καὶ νῦν οὕτοι οἱ χρεώσται ἕξ νομίσματα ἐχρεώστων ἐπὶ τοῖς σ'. καὶ εὐγνωμῶς οἱ δύο κατέβαλον τὰ ἕξ νομίσματα· τούτων δὲ καταβληθέντων γέρονέ σοι τὸ ἱκανόν, καὶ τίνος χάριν πρόστιμον ἀπαιτεῖς; ἕτερον λόγῳ εἰ αὐτῇ ἡδυνήθης συναρπάσαι καὶ ἀπαιτῆσαι Τερίτον καὶ Κουάρτον τὸ πρόστιμον, λέγω δὴ τὰ β'. νομίσματα, καὶ μέλλει μικρὸν ὑστέρων γνωσθείσης τῆς πλάνης ὁ Σείος ἐναγθῆναι τῷ κοινδικτικῷ. τούτων ἑκατέρου μέρους δικαιολογηθέντων ἔδοξεν ὁ διοικητὴς δικαιοτέρα λέγειν. αὐτὸς οὖν μένει ἔχων τὰ β'. νομίσματα, κἂν τὰ μάλιστα τινες τῶν χρεωστών ἐλύσων εἰς ἀπορίαν⁷⁾ αὐτῶν οὐκ ἐγκαλεῖται ὁ διοικητὴς. πληρ⁸⁾ τοὺς τόκους καὶ ἀπῆτησεν τὰ β'. νομίσματα, τότε τῇ μὲν πόλει προσπορίζεται ταῦτα. πληρ⁹⁾ ἕν εἰς ἀπο-

Enantiophanis. Lib. 41. in fine tit. I. seu lib. 50. tit. 1. cap. ult. dicitur: Si ancilla praegnans venierit, aut legata sit, aut usucapta, eius fiet partus, cuius est ea, cum pareret, non cuius tunc fuisset, cum conciperet. Lege lib. 40. tit. 5. dig. 41. them. 4. seu lib. 48. tit. 4. cap. 41. et lib. 3. Cod. tit. 32. const. 1. et 7.

2) nisi et de hoc nominatim] Observa et ex hoc loco, fructus ante litem contestatam a re separatos quasi aliam rem esse, et opus esse eorum nomine speciali actione, sicut et ipsius rei nomine, non etiam si post litem contestatam percepti sint. Litis enim contestatio omnia tacite complecti videtur, quae post eam accidunt: adeo, ut officio quoque iudicis peti dicantur: neque eorum nomine propria actio comparata est. Ideo enim, licet iudex de his nominatim non pronuntiaverit, petitori non pereunt, ut lib. 15. tit. 1. cap. 35. them. 2. Ita que nisi eos ab initio petierit, rursus eorum nomine agit, et libellum dat.

Est et alia in rem actio, in qua etsi quis de partu ante moram agere velit, non potest. Et quaere lib. 44. tit. 2. cap. ult. et ibi Antiqui adnotationem. Idemque est de fructibus.

XI. Idem. Qui res ad civitatem pertinentes¹⁾ L. II. pr. administrabat, pluribus pecuniam foeneravit²⁾: et §. I. cum ea esset consuetudo, ut qui praestituta die usurarum non inferret, graviore praestaret, quidam cessaverunt in solvendis usuris, quidam plus intulerunt: ex omnibus tamen collectum est id omne, quod a singulis inferri debebat. Si quidem administrator usuras stipulatus sit, nihil amplius praestat civitati, quam quod ex consuetudine exigitur, etiamsi omnia nomina idonea non sint. Quodsi servus civitatis stipulatus sit, licet, ipso iure usurae civitati debeantur, tamen pro deperditis nominibus maiores usurae compensantur, nisi sit parata civitas, universorum nominum fortunam suscipere. Eadem fere et in tutoribus³⁾ dicimus.

1) qui res ad civitatem pertinentes] Gaius Seius cum pecunias civitatis administraret, Primo, Secundo, Tertio et Quarto ducenta foeneravit, et a singulis usuras semisses stipulatus est ex more civitatis. Erat et alia consuetudo in ea civitate, quae ab iis, qui in usuris solvendis cessabant, nummos puta duos exigebat. Quibus ita peractis, Primus quidem et Secundus usurarum nomine nummos sex praestiterunt. Tertius autem et Quartus in eis praestandis cessarunt. Quare civitatis administrator secundum morem civitatis petiit ab eis poenae nomine nummos duos, quos solverunt ignorantes, ceteros debitores totius debiti usuras, id est, sex nummos solvisse. Quaeritur, an nummi duo lucro civitatis cedere debeant, an administrator eos retineat. Audi enim defensiones civitatis et administratoris. Dicebat civitas, hos duos nummos ex more sibi praestari ab his, qui in solvendis usuris cessarent: hos autem secundum morem civitatis administratorem accepisse. Administrator autem contendebat, se ex consuetudine nummos duos poenae nomine accipere: in proposito autem hos debitores sex nummos debuisse ducentorum nomine: duos autem ex his ultro solvisse nummos sex: his autem solutis satisfactum esse civitati, ideoque non esse, cur poenam peteret. Praeterea si per obreptionem poenam a Tertio et Quarto civitas posset petere, duos inquam nummos, paulo post errore cognito Seius conditione conveniretur. His ab utraque parte allegatis, administratoris causa iustior visa est. Ipse igitur duos nummos retinet, licet quidam debitores facultatibus lapsi sint, neque inopia eorum administratori imputatur. Si tamen servus civitatis usu-

1) Fortasse legendum ἐπ' ἐκείνοις. 2) Lege ταῦτά. 3) Fabr. pro ἕξ in marg. emendat β'. 4) Fabr. in marg. addit καὶ δι' ἀπορίαν. 5) Fabr. in marg. addit: πληρ⁸⁾ εἰ δὲ δοῦλος τῆς πόλεως τοὺς τόκους ἐπρωτῶτησε καὶ ἀπ.

ρίαν ἐλάσσει τινες τῶν δεβιτόρων, καὶ βούλεται ἡ πόλις ὑπὲρ τῆς ἀπορίας τούτων ἐπικλιῶσαι τοῖς ἄλλοις τὸ χρέος, τότε ἀνάγκη ἔχει καὶ ταῦτα εἰς τὸ ὑπὲρ τῶν ἀπόρων λογισασθαι μέρος. τὰ αὐτὰ φημεν καὶ περὶ ἐπιτρόπων. ἴσμεν γάρ, ὅτι εἴαν ἔχη ὁ ἀνήθως τρεῖς ἐπιτρόπους, καθ' οὗ βούλεται κινεῖ, καὶ ἀπαιτεῖ τὸ κερχεωστῆμενον αὐτῷ. εἴαν γοῦν κινήσῃ κατὰ τινας τῶν ἐπιτρόπων, καὶ μὴ δυνήθῃ παθεῖν ἐξ αὐτοῦ τὸ ἱκανὸν διὰ τὴν ἀπορίαν, ἀλλὰ τυχὸν κ'. καὶ μόνον νομισματὰ λάβῃ, τότε κινῶν κατὰ τοῦ εὐπόρου εἰς τὰ ἐπίλοιπα, πρὸς ἀνάγκης ἔχει καταλογισασθαι αὐτῷ ταῦτα τὰ νομισματὰ. [Sch. k. III. 417. sq.]

Τοῦ Ἀνωνύμου. Περὶ κερχεωστῶν πολιτικῶν καὶ ἀπαιτήσεως κεφαλαίων καὶ τόκων ὠραίων νόμιμον κείται βιβ. ια'. τοῦ κώδικος tit. λγ'. διατ. β'. [Sch. k. III. 418.]

διαφόροις ἐδάνευσεν] Κατὰ τὸ σχῆμα τῶν προμιτῆνδων ὡς ἀπὸ τοῦ Παλαιοῦ τῷ προσέχοντι καταλαμβάνεται. ἢ καὶ προνόμιον ἴσως εἴποι τις ἔχειν τὴν πολιτείαν τὸ καὶ χωρὶς τοῦ σχήματος τούτου δύνασθαι ἐπικλιῶν τοῖς εὐπόροις καὶ τὸ ὑπὲρ τῶν ἀπόρων χρέος. [Sch. l. III. 418.]

Τὰ πολιτικὰ δανείζει ὁ προβαλλόμενος κατὰ ψῆφον τοῦ ἀρχοντος, ὅθεν καὶ ^{w)} δίδωσιν ἀσφάλειαν, ὡς βιβ. ν'. tit. η'. dig. θ'. θεμ. β'. σημειῶσαι ἀναγκαῖον, ὅτι ὁ διοικῶν πραγμάτων τινας, εἴαν ἐπερωτήσας τόκους ἀπαιτήσῃ τι πλέον, αὐτὸς ἔχει τοῦτο, ὡς καὶ τῷ ἰνδεβίτῳ ὑποκείμενος. εἰ δὲ δοῦλος τοῦ διοικουμένου ἐπερωτήσῃ, ὁ δεσπότης, ὡς καὶ αὐτὸς ἐνέχεται. [Sch. l. III. 418. sq.]

ταῦτα σχεδὸν καὶ περὶ ἐπιτρόπων] Τὸ σχεδὸν διὰ τοῦτο ἔπεν, ὅτι ἐν τούτῳ τῷ ^{w)} διγέσῳ ἐξίσωσε τοὺς ἐπιτρόπους τῇ πόλει. ποῖν τρῶσι; τῷ καὶ τὰ ἀπορα συλλογίζεσθαι καὶ ἀναδέχεσθαι χρέα, ἢ πάντων ἀφίστασθαι κατὰ τὸ ἔθος, ὡς ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ κεφαλαίου εἶπεν. οὐ τὰ αὐτὰ φησι καὶ περὶ τῶν ἐπιτρόπων ὁ νόμος. τῆς γὰρ πόλεως μόνης ἴσως ἦν τὸ προνόμιον. [Sch. m. III. 419.]

Ἀνάγκη βιβ. λζ'. tit. ζ'. κεφ. ζ'. θεμ. ζ'. ὁ φησιν. Εἴαν ὁ ἐπιτροπος οἰκείῳ ὀνόματι δανείσῃ τὰ ὄφρα καὶ χρεῖματα, τοὺς τόκους, οὐς ἔλαβεν, ἀναγκάζεται παρασχέειν, εἴαν καὶ τῶν λοιπῶν γραμματείων τὸν κίνδυνον ἐπιγινώσκῃ ὁ ἀνήθως. καὶ κεφ. αὐτοῦ ις'. λέγον. Ἐἴτε οἰκείῳ ὀνόματι, εἴτε τοῦ ἀνήθου δανείσῃ ὁ ἐπιτροπος τὰ ὄφρα καὶ χρεῖματα, τῆς ἀγωγῆς τῆς κατὰ τῶν ἐπιτρόπων διδομένης ἐπιλογῆς δίδεται τῷ νέῳ, ἢ πάντα καταδέξασθαι τὰ χρέα, μᾶλλον δὲ τὰ γραμματεῖα, ἢ πάντα ἀποστῆναι. καὶ τὸ ις'. θεμ. τοῦ λδ'. κεφ. τοῦ αὐτοῦ tit. λέγον. Εἴαν ἀμελήσῃ ἐπιτροπος τῆς ἀπαιτήσεως τῶν χρεῶν, ὑπόκειται τῷ κινδυνῷ. καὶ εἴαν μείζονας τόκους ἔλαβεν, δίδωσιν αὐτοῦς, μὴ διδοὺς ἀντέλλογον. ἐκχωρεῖται δὲ τὰς τῶν χρεῶν ἀγωγὰς. [Sch. m. III. 419.]

Σημειῶσαι, ὅτι εἰ μὲν ὁ ἐπιτροπος ἐπηρεώθη, εἴ τι συναχθῆ ἢ πλέον τῆς ἀναλογίας, αὐτὸς κερδαίνει. εἰ δὲ δοῦλος τῶν ἀνήθων, αὐτοῖς προσπορίζει αὐτῷ τῷ δικαίῳ, καὶ τὰ ἐπέκεινα αὐτοῖς κερχεωσθηται. [Sch. m. III. 419.]

Τούτ' ἔστιν, εἰ μὴ ἀπαιτεῖ τοὺς εὐπόρους τῶν κερχεωστῶν καὶ τῶν ἀπόρων χρέος, ἀλλ' ἀναδέχεται εἰς ἑαυτὸν καὶ τὰ τῶν ἀπόρων γραμματεῖα. τότε γὰρ οὐ συλλογίζεται εἰς τὸ κεφ. τῶν β'. νομισμάτων τὸν κίνδυνον. [Sch. m. III. 419.]

Τοῦ Ἀνωνύμου. Περὶ τῶν ἐπιτρόπων εἴρηται βιβ. κς'. tit. ζ'. dig. ζ'. θεμ. ζ'. ἦτοι βιβ. λζ'. tit. ζ'. κεφ. ζ'. θεμ. ζ'. καὶ dig. ις'. ἦτοι τοῦ εἰρημένου tit. κεφ. ις'. καὶ τούτου τοῦ tit. dig. μδ'. [Sch. m. III. 419.]

L. 12. D. XXII. 1. ἰβ'. Ἰδὲμ. Δανεισάμενος ἐπὶ τόκοις ἐλαφροῖς καὶ διαφόροις ὀρίσας καταβολὰς συνεφώνησε μείζονας, εἰ μὴ ἐμπροθέσμως καταβάλῃ. εἰπὼν τούτου κρατεῖν καὶ ἐπὶ τῶν ἐξῆς καταβολῶν. εἴαν ἐπὶ τῇ πρώτῃ καταβολῇ ὑστερήσῃ, αὐτῆς καὶ μόνης δίδωσι τοὺς βαρεῖς, οὐ μὴν καὶ τῶν ἐξῆς. ἐκάστης γὰρ καταβολῆς τὸν χρόνον παραμένομεν.

δανεισάμενος] Σεπτικίος τις δανείζων τινὶ Σεΐας ἐπηρεώθησεν αὐτὴν ζ'. ἑκατοστῆς. ἐπήγαγε δὲ οὕτως εἰπὼν. εἰ

v) Fabr. in marg. addit οὐ. w) τῷ addidi, quod deest apud Fabr.

ras stipulatus sit, et nummos duos petierit, tunc civitati haec acquiruntur. Verum si quidam ex debitoribus facultatibus lapsi sint, et velit civitas propter inopiam eorum ceteris debiti onus imponere, tunc necesse habet in partem pro inopibus debitoribus ea imputare. Eadem et in tutoribus dicimus. Scimus enim, si pupillus tres habeat tutores, posse eum, adversus quem voluerit, agere et quod sibi debetur, persequi. Itaque si adversus aliquem ex tutoribus egerit, neque ei propter inopiam eius, cum quo experitur, satisfactum sit, sed viginti fortasse tantum ab eo consecutus sit, si agat residui nomine eum, qui solvendo sit, viginti nummos, quos accepit, necesse habet compensare.

Innominati. De debitoribus civitatum et petitione sortis et usurarum pulcrum ius extat lib. II. Codicis, tit. 33. const. 2.

2) pluribus pecuniam foeneravit] Secundum formam plurium reorum promittendi, ut deprehendet, qui ad Antiquum attenderit. Aut etiam dici potest, hoc privilegium habuisse civitatem, ut citra speciem reorum promittendi idoneis onus debiti pro inopibus imponere posset.

Pecuniam civitatis foenerat, qui praepositus est decreto Praesidis: et ideo cautionem non praestat, ut lib. 50. tit. 8. dig. 9. them. 2. Nota necessarium, eum, qui alicuius negotia gerit, si usuras stipulatus aliquid amplius exegerit, hoc ipsum habere, quod indebiti conditione teneatur. Si vero servus, qui domini sui negotia gerebat, stipulatus sit, dominus, sicut et ipse tenetur.

3) eadem fere et in tutoribus] Ait fere, quoniam in hoc digesto tutores exaequavit civitati. Quomodo? ut defecta nomina imputet, et nomina agnoscat, aut reprobet secundum consuetudinem, ut initio capitis dixit. Lex non eadem omnino ait de tutoribus. Nam forte eius tantum civitatis privilegium erat.

Lege lib. 37. tit. 7. cap. 7. them. 7. quo dicitur: Si tutor pecuniam pupillarem suo nomine foeneravit, usuras, quas percepit, praestare cogitur, si pupillus ceterorum nominum periculum agnoscat. Et eiusdem tit. cap. 16. quo dicitur: Sive suo, sive pupillae nomine pecuniam pupillarem tutor crediderit, et tutelae adversus tutores agatur, electio datur iuveni, ut nomina aut in totum agnoscat, aut omnia reprobet. Et them. 15. cap. 39. eiusdem tituli, quo dicitur: Si tutor neglexerit nomina exigere, periculo subiacet. Et si maiores usuras acceperit, easdem solvit, nulla debitorum compensatione facta. Actiones tamen debitorum ei praestantur.

Nota, si tutor stipulatus sit, et ultra, quam pro rata deberetur, exegerit, ipsum hoc lucrari: si vero servus pupillorum, ipso eum iure eis acquirere, et quod amplius exegit, ipsis deberi.

Hoc est, si non exegerit tam idoneam, quam defecta nomina, sed defecta in se receperit: tunc enim non imputat in sortem duorum nummorum periculum.

Innominati. De tutoribus dictum est lib. 26. tit. 7. dig. 7. them. 7. seu lib. 37. tit. 7. cap. 7. them. 7. et dig. 16. seu dicti tit. cap. 16. et huius tit. dig. 44.

XII. Idem. Qui mutuum pecuniam acceperat¹⁾ sub usuris levioribus diversis solutionibus inferendis, graviore promiserat, si non die statuta solverit: hoc adiecto, ut idem obtineret in sequentibus solutionibus. Si in prima solutione cessaverit, eius duntaxat²⁾ usuras graviore praestat, nec vero sequentium solutionum: nam singularum solutionum tempus expectamus.

1) qui mutuum pecuniam acceperat] Septicius quidam mutuum pecuniam Seiae cuidam dederat,

δὲ μὴ καταβάλλῃς τὸν τόκον ἐν τῷ ἰδίῳ καιρῷ, ὁμολογεῖς διδόναι τρίτον ἑκατοστῆς ἐντὸς δύο μηνῶν· καὶ ἐὰν μὴδὲ τοῦτον ἐντὸς τῶν δύο μηνῶν καταβάλλῃς, δίδοναι μοι πέμπτον ἑκατοστῆς· εἰ δὲ μὴδὲ τοῦτον ἐν τῇ οἰκείᾳ προθεσμίᾳ καταβάλλῃς τὸν τόκον, ὁμολογεῖς δίδοναι μοι ἡμισυ ἑκατοστῆς; λέγει ὁ Παῦλος, τὴν τοιαύτην ἐπὶ τόκων ἐπερωτήσῃ μὴ εἶναι μοροειδῆ, μὴδὲ ἐκ πρώτης ὑπερθέσεως τὴν ἡμικατοστὴν ἐποφείλεσθαι· ἀλλ' ἐπειδὴ πολλοὶ εἰσιν αἱ αἰρέσεις καὶ x) διακεκριμένως ἐφ' ἑαυτὴν ἔχει τὸν τόκον, ὃ ἐπὶ τῇ ἀσθενεσάσῃ αἰρέσει συμφωνηθεὶς σκοπεῖσθω τόκος· ὥστε ἐξεῖναι τῷ δεβίτορι προκαταβαλόντι τὸν ἑλαφρότερον τόκον, τὴν τοῦ βαρυτέρου τόκου μέθοδον ἐκκλίνας. [Sch. n. III. 419. sq.]

Θεμάτισον καὶ οὕτως. ἐδανείσατό τις τ'. νομίματα, καὶ ἐπρωτήσῃς τόκους τέσσαρα νομίματα. συνεφωνήσῃς δὲ καταβαλεῖν τὸν Σεπτέμβριον μῆνα τὰ ρ'. τὸν Νοβέμβριον τὰ ρ'. καὶ τὸν ἔπειτα μῆνα τὰ ρ'. εἰπὼν, ἐὰν μὴ τὸν Σεπτέμβριον ρ' καταβάλω, ἵνα παρῶχω ὑπὲρ αὐτοῦ τόκου ἡμικατοστιαίου· εἰ δὲ προσθῆς, ἵνα κρατῇ ταῦτα καὶ ἐπὶ τῶν ἐξῆς καταβολῶν. παρῆλθεν ὁ Σεπτέμβριος. ἐν δὲ τῷ Νοβεμβρίῳ xx) κατέβαλε τὰ τοῦ Σεπτεμβρίου μῆρος, καὶ τὰ τοῦ Νοβεμβρίου. τῶν μὲν πρώτων ἑκατὸν ἀπαιτηθήσεται ἡμικατοστιαῖος τόκος, τῶν δὲ δευτέρων οὐχί. τὸ γὰρ εἰπέιν, ἵνα κρατῇ ταῦτα καὶ ἐπὶ τῶν ἐξῆς καταβολῶν, τοῦτο δηλοῖ, ἐὰν δηλονότι καὶ τοῖς ἐξῆς παραπροθεσμία γένηται. [Sch. n. III. 420.]

Ἀνάγνωθι διγ. ιζ'. συμφωνεῖ δὲ τοῖς ἐνταῦθα καὶ τὸ μί. διγ. τοῦ α'. τιτ. τοῦ ιβ'. βιβ. καὶ ἀνάγνωθι τὴν ἐκεῖ παραγραφὴν. [Sch. n. III. 420.]

αὐτῆς καὶ μόνῃς] Ἐν τῷ η'. διγ. τοῦ ζ'. τιτ. τοῦ ιγ'. βιβ. ἢ τοῦ βιβ. κε'. τιτ. α'. κεφ. η'. θεμ. δ'. φησὶν, ὅτι ἐὰν συμφωνῆθῃ ἐν τρισὶν ἐνιαυτοῖς καταβληθῆναι τὸ χρέος, καὶ ὥστε ἐμπροθέσμως μὴ καταβαλλομένου αὐτοῦ πραθῆναι τὸ ἐνέχυρον, παρῶμενοι ὁ δανειστής τὰς τρεῖς προθεσμίας· εἰ καὶ εἰς τὴν πρώτην ἐξεπροθέσμησεν ὁ χρεώστης, ἢ μέρους y) κατέβαλεν, εἰ μὴ οὕτως συνεφωνήθη, ἐὰν οἰαδῆποτε καταβολὴ μὴ δοθῇ τῇ ἰδίᾳ προθεσμίᾳ. ἐν δὲ τῷ ρμ'. διγ. τοῦ α'. τιτ. τοῦ με. βιβ. ἢ τοῦ βιβ. μγ'. τιτ. α'. κεφ. ρμ'. θεμ. β'. φησὶν, ὅτι ἐὰν ἐπερωτῆται ἐπὶ τὸν τόκον, καὶ τρεῖς ποσότητες καὶ τρεῖς ἐπερωτήσεις εἰσὶ. καὶ διγ. ρλε. τοῦ αὐτοῦ τιτ. ὅτι εἰ ὁμολογήσῃς δίδοναι σοι ρ'. νομίματα ἐν ἡ' ἢ ἡμέρα ἀπαιτήσῃς με, καὶ τόκους αὐτῶν ἐπὶ λ'. ἡμέρας, οἱ τόκοι ἀπὸ τῆς ἡμέρας τῆς ἐπερωτήσεως προχωροῦσι, εἰ μὴ τι φανερώς ἕτερον ἐπραχθῆ. χρεωστῶ δὲ καὶ αὐτὰ τὰ χρήματα δοῦναι ἀπὸ τῆς ἡμέρας τῆς ἐπερωτήσεως. ὁμοιον διγ. μη. τοῦ αὐτοῦ τιτ. καὶ βιβ. λε'. τιτ. α'. διγ. πε'. ἢ τοῦ βιβ. μδ'. τιτ. ιδ'. κεφ. πε'. [Sch. o. III. 420.]

Οὐ καλῶς, οἶμαι. δοκεῖ γὰρ ἡ καταβολὴ μὴ ἐπιμεριζέσθαι ἐξ ἀνάγκης τοῖς ἐνιαυτοῖς, ἀλλ' ἠρηθῆναι τῆς του χρεώστον γνώμης τὸ μερικῶς καταβαλεῖν τὸ χρέος· καὶ τοῦτο νομίζω δεῖκνυσθαι ἐκ τοῦ συμφωνηθῆναι, τὸ ἐνέχυρον πραθῆναι μὴ ἐμπροθέσμως τοῦ χρέους καταβληθέντος. πάντως γὰρ εἰ τῆς πρώτης παραδραμοῦσης προθεσμίας ἐπραθῆ τὸ ἐνέχυρον, ἐμελλεν εὐλόγως ἐπιμεμερῆσθαι τῷ δανειστῇ ὁ χρεώστης λέγων, ὅτι συνεφωνημένον ἦν, τὸ ἐνέχυρον πραθῆναι, ὅτε τὸ χρέος ὅλον μὴ καταβληθῆ. τῇ καταβολῇ δὲ τοῦ ὅλου χρέους τριετία ἢ ἀπαριθμηθεῖσα, καὶ διὰ τοῦτο περιμένει τὴν τριετίαν ὁ δανειστής. [Sch. o. III. 421.]

ιγ'. Σκαεβ. Ὁ προσομολογήσας ἡμικατοστιαῖον καὶ ἐπὶ πολλὸν χρόνον ἥτιονα δεδωκώς, ἔχει παραγραφὴν ἀπαιτούμενος ἡμικατοστιαίους· εἰ μὴ ὑπερθεῖν ἐποίησεν ἐπὶ τῇ ἐξ ἔθους δόσει.

Ἡ περὶ τοῦ φροντιστοῦ τῶν πραγμάτων μου καὶ ἡ περὶ τοῦ διοικήσαντος πραγματείας τρόπῳ τὰ πραγματικά μου, ἀγωγῇ ὑπὲρ τῶν ἀγῶν χρημάτων οὐκ ἀπαιτεῖ τόκον, ἐὰν σύνθηται ἢ τῷ δεσπότῃ ἔχειν αὐτὰ κείμενα.

ὁ προσομολογήσας] Ἐδανείσατό τις ἐπὶ τόκοις ἡμικατοστιαίους, καὶ ἥτιονας τῶν ἐπερωτηθέντων τόκων ἐπὶ πολλὸν χρόνον κατέβαλε τῷ δανειστῇ, τυχὸν ἀπὸ τρίτης ἑκατοστῆς, οὐ μόνον περὶ τοῦτου ποιῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ κηδε-

x) Fabr. in marg. addit ἐπερωτήσεως. xx) Fabr. νοεμβρίῳ hic et postea. y) Fabr. in marg. addit μῆ. Quod necessarium non est. z) Fabr. in marg. addit ἐν τρισὶν ἐνιαυτοῖς τόσσα.

et sextantes usuras ab ea sibi stipulatus est. Subiecit autem, ut si suo tempore usurae solutae non essent, trientes praestarentur intra duos menses: et si neque hae intra duos menses solutae essent, quincunces praestarentur: si neque hae sua die solutae essent, ut semisses praestarentur. Paulus ait, eiusmodi usurarum stipulationem non esse uniformem, neque ex prima mora usuras semisses deberi: sed quoniam plures condiciones sunt, et stipulatio diversas usurarum praestaciones continet, usurae eius conditionis, quae defecit, spectandae sunt: ut liceat debitori, qui leviores usuras prius solvit, evitare, ne graviorum usurarum nomine conveniatur.

Speciem ita quoque finge. Quidam nummos trecentos crediderat, et usurarum nomine nummos quatuor stipulatus erat. Convenerat autem, ut mense Septembri centum solverentur, et Novembri centum, et sequenti mense centum: ac nisi centum mense Septembri solverentur, ut usurae semisses praestarentur. Praeterea hoc adiecerat, ut eadem obtinerent et in sequentibus solutionibus. Exierat autem mense September. Mense autem Novembri solvit, quae mense Septembri et Novembri solvi debebant. Priorum centum nomine usurae semisses petentur, nec vero secundorum. Nam quod dictum est, ut eadem obtinerent et in sequentibus solutionibus, hoc significat, si scilicet et in his mora facta sit.

Lege dig. 17. His autem, quae hoc loco dicuntur, congruit et dig. 41. tit. 1. lib. 12. et lege ibi adnotationem.

2) eius duntaxat] In dig. 8. tit. 7. lib. 13. seu lib. 25. tit. 1. cap. 8. them. 4. dicitur: Si convenerit, ut tribus annis debitum exsolveretur, et nisi sua die pecunia soluta esset, distrahere pignus liceret: creditor expectat, donec tres dies solutionis venerint: etiamsi debitor in mora sit primae pensionis solvendae, vel partem solvit: nisi ita convenerit, si qua pecunia sua die soluta non erit. In digesto autem 140. tit. 1. lib. 45. seu lib. 43. tit. 1. cap. 140. them. 2. dicitur: Si tribus annis tot mihi dari stipulatus sim, tres quantitates sunt, et tres stipulationes. Et dig. 135. eiusdem tit. dicitur: Si ita promisero, centum tibi dabo, qua die a me petieris, et eorum usuras in dies triginta, usurae ex die stipulationis cedunt, nisi aliud manifeste actum sit. Ea autem solvere debeo ex die stipulationis. Simile dig. 48. eiusdem tit. et lib. 35. tit. 1. dig. 85. seu lib. 44. tit. 19. cap. 85.

Non recte, ut opinor. Non enim solutio tribus pensionibus annuis ex necessitate dividi videtur, sed ex voluntate debitoris pendere, ut debitum per partes solvat: idque ex eo probari puto, quod convenerit, ut, si sua die debitum non solveretur, pignus vendi posset. Nam si prima pensione praeterita pignus venisset, merito debitor queri posset, quod placuerit, ut non aliter pignus veniret, quam si tota pecunia non exsolveretur. Pecuniae autem totius solutioni triennium praestitutum erat, ideoque creditor triennium expectat.

XIII. Scaev. Qui promisit¹⁾ usuras semisses, et per longum tempus²⁾ minores praestitit, exceptionem habet, si semisses ab eo petantur: nisi in solvendis solitis usuris moram fecerit. L. 13. pr. D. XXII. 1.

Actione mandati³⁾ vel negotiorum gestorum pro pecunia otiosa usurae non petuntur, si dominus in arca eam habere solitus erat. §. 1.

1) qui promisit] Quidam sub usuris semissibus mutuum pecuniam acceperat, et per longum tempus minores, quam promissae erant, praestiterat creditori, puta trientes, nulla mora facta, sed creditore ultro,

τωρος ἀμέγως δεχομένου τὸ προσφερόμενον. τούτων οὕτω γε-
γεννημένοι ἐτελεύτησεν ὁ δανειστής. ἦκεν ὁ κληρονόμος αὐτοῦ
βουλόμενος ἡμεκατοστιαίους τόκους ἀπαιτῆσαι τὸν δεβίτωρα. τὸ
ζητούμενον, εἰ καλῶς ἀπαιτεῖ. καὶ λέγει Σκαεβόλας, ἐκβάλ-
λεσθαι αὐτὸν παραγραφῇ, εἶγε πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ὡς τεθε-
μαίεται, τὸς ἥτινας τόκους ἐπὶ πολὺν χρόνον ὁ δεβίτωρ τῷ
τελευτήσαντι κατέβαλε^{a)} μόρας ἐκτός. [Sch. p. III. 421.]

καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον] Ἐπὶ τοῦ χρεώστου ὡς περ
πολὺν χρόνον ἐξήτησε παρετεθῆναι τὸ εἶ. κεφ. εἰς τὸ βλα-
βῆναι αὐτόν, οὕτως τὸ παρὸν αὐθις εἰς τὸ ὠφελῆθῆναι αὐτόν
καὶ ἐλευθερωθῆναι τῶν βαρυτέρων ζητεί πολὺν χρόνον. ση-
μείωσαι, ὅτι ἀπὸ χρόνου μειοῦται τοκος καὶ συνίσταται, ὡς
κεφ. εἶ. καὶ νδ'. [Sch. q. III. 421.]

Στεφάνου. Εἰ μὲν τὸν ἥτινα δέδωκεν ἀπαιτηθεὶς καὶ
ὑπεριθέμενος πρὸς τὸν μείζονα ἤγουν τὸν ἡμεκατοστιαίον,
οὐχ ὡς τοῦ δανειστοῦ δεχομένου τὴν ἥτινα ἐκουσίως, ἀλλ'
ὡς τοῦ χρεώστου τὸν μείζονα μὴ δίδοντας. [Sch. q. III. 421.]

Εἰς τὸ αὐτό. Εἰ θέλεις, οὕτως εἰπέ, τὸ εἰ μήπου ὑπερ-
θεσιν ἐποίησεν ἐπὶ τῇ ἐξ ἔθους δόσει, ἀντὶ τοῦ, εἰ μήπου
καὶ περὶ αὐτὸν τὸν ἥτινα τοῦτον, ὃν ἐδίδου, ὑπερθεσιν
ἐποίησεν· ἐπεὶ καὶ οὗτος μᾶλλον δεχθήσεται ἐξ ἔθους δόσις,
ἀλλ' οὐχὶ ὁ ἡμεκατοστιαίος. ὁ μὲν γὰρ ἡμεκατοστιαίος ἀπὸ
συμφώνου ἐτέχθη· ὁ δὲ ἥτιων αὐτοῦ χωρὶς συμφώνου ἐπὶ
πολὺν χρόνον καταβληθεὶς εἰκότως ἐξ ἔθους. [Sch. q. III. 421.]

ἡ περὶ τοῦ φροντιστοῦ] Ὁ νεγοτιογέστῳ ἢ ὁ προ-
κουράτωρ ὑπὲρ ὧν τοῦ δεσπότου τὰ χρήματα μὴ ἐδάνεισεν,
οὐ παρέχουσι τόκους· πλὴν εἰ μὴ ἄρα συνήθης ἦν τῷ δεσπότῳ
ταῦτα δανείζειν. ἀνάγνωθι βιβ. ιζ'. tit. α'. διγ. ι'. θεμ. β'.
ἦτοι βιβ. ιδ'. tit. α'. κεφ. ι'. θεμ. β'. [Sch. r. III. 421. sq.]

Ἀπροσδιορίστως φησὶν βιβ. γ'. tit. ε'. διγ. λ'. θεμ. γ'.
ἦτοι βιβ. ιζ'. tit. α'. κεφ. λα'. ὅτι ὁ νεγοτιογέστῳ τῶν μετὰ
ἀναγκάων δαπάνῃν περιτενοντων χρημάτων τόκους ἀπαιτεῖ-
ται. καὶ διγ. ι'. τοῦ α'. tit. τοῦ ιζ'. βιβ. ἦτοι βιβ. ιδ'. tit. α'.
κεφ. ι'. ὅτι ὁ προκουράτωρ ἔχων μὴ χρήματα τόκους ἀπαι-
τεῖται ἀπὸ ὑπερθέσεως, ἢ συγχωρησεως^{aa)}, ἢ τοῦ τοκίσαι αὐτά.
σημειώσαι, ὅτι οὔτε ἡ περὶ ἐπιτολῆς, οὔτε ἡ νεγοτιόρου ἀπαι-
τεῖ τόκους τῶν ἀργυρίων ἢ χρεωσθηθέντων, εἰ μὴ συνήθης τοῖς
πρωτοτύποις ἦν δανείζειν ἐπὶ τόκοις αὐτά. ζῆτε καὶ βιβ. λζ'.
tit. ια'. κεφ. β'. [Sch. r. III. 422.]

L. 14. pr. ιδ'. Παῦλ. Μετὰ ὑπερθεσιν καὶ ὁ τοκετὸς τῆς
§. 1. ληγατευθείσης δούλης δίδεται, εἴτε κληρονομίαν, εἴτε
D. XXII. 1. δούλην κελευσθῆ τις ἀποκαταστῆσαι μετὰ θανάτου
χωρὶς προσόδου, οἱ ἐν ζωῇ αὐτοῦ τεχθέντες ἀπὸ τῆς
ὀνομασθείσης ἢ τῶν κληρονομιαίων δούλων οὐ περιέ-
χονται τῷ ληγάτῳ, κἄν μόνην τὴν πρόσδορον ὑπέξειλε.

μετὰ ὑπερθεσιν] Κατελείφθη τὴν θεράπαινα κατὰ
φιδεϊκόμισσον. μόρας δὲ γενομένης αὐτῆ παρὰ τῷ κληρο-
νόμῳ τυγχάνουσα τέτοκεν ἢ θεράπαινα. φησὶν ὁ Παῦλος,
ἀποκαθίστασθαι τὴν θεράπαιναν καὶ τὸν τοκετὸν. [Sch. s.
III. 422.]

Ἐὰν γὰρ τὴν ἐν ἐμ κινήσῃ, ἀπαιτεῖ καὶ τὸν πρὸ ὑπερ-
θέσεως, ἐν ᾧ πούρον ἦν τὸ ληγάτον. [Sch. s. III. 422.]

Τοῦ Ἀωνίουμου. Περὶ τῶν κερπῶν καὶ τῶν τοκετῶν καὶ
τῶν προσπορισμῶν τῶν ληγατευθέντων δούλων ἀνάγνωθι τὸ
τελευτ. θέμα τοῦ λθ'. διγ. καὶ βιβ. λ'. διγ. κα'. λθ'. πδ'.
θεμ. ι'. καὶ κεφ. λ'. θεμ. τελευτ. καὶ βιβ. λα'. διγ. λη'.
καὶ βιβ. μα'. tit. α'. διγ. μ. καὶ βιβ. ε'. τοῦ κώδικος tit. μζ'.
διατ. δ'. [Sch. s. III. 422.]

εἴτε κληρονομίαν] Ἐνοσησόμενός τις κληρονόμον τινὰ
ἠξίωσεν αὐτὸν μετὰ θάνατον αὐτοῦ ἀποκαταστῆσαι τὴν κλη-
ρονομίαν Πρῶμῳ τινὶ δὶχα τῶν προσόδων αὐτῆς. τούτων οὕτω
γεγεννημένοι ἐτελεύτησε μὲν ὁ διαθέμενος. εἰ δὲ περιόντος
τοῦ κληρονόμου συνέβη τὰς κληρονομίας θεράπαινας τεκεῖν,
τὸ ζητούμενον, εἰ χρῆ καὶ τοὺς τοκετοὺς ἀποκαθίστασθαι τῷ
φιδεϊκόμισσαρίῳ, τὸ δὲ ποιοῦν τὴν ζήτησιν ἐκείνῳ ἐστι. εἴπε
γὰρ ὁ ἀπελθὼν, ἀποκατάστησον δὶχα τῶν προσόδων. ἐπειδὴ
οὐν οὐκ ἔστιν ἐν κερπῷ ὁ τοκετὸς, ζητῶ, μήποτε ὀφείλει καὶ
αὐτὸν ἀποκαταστῆσαι τῷ φιδεϊκόμισσαρίῳ, ὡς μὴ περιεχό-

quod offerebatur, accipiente. Quibus factis creditor de-
cessit. Heres eius usuras semisses a debitore petere
volebat. Quaerebatur, an recte peteret. Et Scaevola
ait, exceptione eum submoveri, si revera debitor, ut
proponitur, minores usuras per longum tempus defuncto
praestiterit, mora nulla facta.

2) et per longum tempus] Sicut in debitore
capite 6. longum tempus desideratur, ut is laedatur,
ita in hoc capite longum tempus exigitur, ut iuretur
et gravioribus usuris liberetur. Nota, usuras a tem-
pore minui et constitui, ut cap. 6. et 54.

Stephani. Si minores usuras praestiterit, cum con-
ventus in praestandis maioribus sive semissibus moram
fecisset, non quod creditor ultro minores acciperet,
sed quod debitor maiores non praestaret.

Ad idem. Si velis, ita dicas, nisi in solvendis ex
consuetudine usuris moram fecerit, id est, nisi et in
minoribus quoque, quas praestabat, moram fecerit: alio-
quin usuras praestabit, quas praestare consueverat, non
semisses. Semisses enim ex pacto debentur: minores
autem citra pactum longo tempore solutae merito ex
consuetudine debentur.

3) actione mandati] Negotiorum gestor vel
procurator ideo, quod pecuniam domini non foeneravit,
usuras non praestat: nisi dominus solitus esset pecu-
niam suam foenori dare. Lege lib. 17. tit. 1. dig. 10.
them. 2. seu lib. 14. tit. 1. cap. 10. them. 2.

Indistincte ait lib. 3. tit. 5. dig. 31. them. 3. seu lib. 17.
tit. 1. cap. 31. negotiorum gestorem pecuniae, quae super-
est deductis necessariis sumtibus, usuras praestare. Et
dig. 10. tit. 1. lib. 17. seu lib. 14. tit. 1. cap. 10. ait, pro-
curatorem, qui pecuniam meam habet, usuras praestare
ex mora, aut si eam in usum suum converterit, aut
foenori dederit. Nota, neque actione mandati, neque
actione negotiorum gestorum usuras pecuniarum peti,
nisi dominus principalis eas sub usuris credere consue-
visset. Quare et lib. 37. tit. 11. cap. 2.

XIV. Paul. Post moram¹⁾ partus quoque ancil-
lae legatae praestatur. Sive hereditatem²⁾, sive ancil-
lam post mortem suam restitueret³⁾ sine reditu⁴⁾
quis iussus sit, partus ancillae testamento denomina-
tae vel ancillarum hereditariarum vivo eo editi⁵⁾ le-
gato non continentur, licet testator solum redditum
exceperit.

1) post moram] Ancilla per fideicommissum ali-
cui relicta erat. Cum heres in ea praestanda moram
fecisset, apud eum ancilla peperit. Paulus ait, ancil-
lam et partum eius restitui.

Nam si fideicommissarius in rem egerit, partum
etiam ante moram editum restituit, si purum esset le-
gatum.

Innominati. De fructibus et partibus et acquisitio-
nibus ancillarum legatarum lege thema ult. dig. 39. et
lib. 30. dig. 21. 39. 84. them. 10. et cap. 91. them. ult. et
lib. 31. dig. 38. et lib. 41. tit. 1. dig. 40. et lib. 6. Codicis
tit. 47. const. 4.

2) sive hereditatem] Quidam heredem suum
institutum rogavit, ut post mortem suam hereditatem
Primo cuidam restitueret exceptis redditibus eius. Qui-
bus factis testator decessit. Herede autem adhuc su-
perstite ancillae hereditariae partus ediderunt. Quaer-
situm est, an etiam partus fideicommissario restituendi
essent. Quod autem dubitationem moverat, hoc erat.
Testator enim heredem rogaverat, ut hereditatem sine
reditibus restitueret. Quoniam igitur partus in fructu
non est, quaeritur, an partus etiam fideicommissario re-

a) Fabr. hic rursus habet χρόνον. aa) Fabr. in marg. emendat συγχρήσις.

μερον τῇ ὑπεξαίρεισει τῶν προσόδων; καὶ φησὶν ὁ Παῦλος, μὴ ἀναγκάζεσθαι τὸν κληρονόμον, τοὺς ἐν ζωῇ αὐτοῦ γενομένους καρποὺς ἢ τοὺς τοκετοὺς ἀποκαταστήσαι τῷ φιδεϊκόμισσαριῶ· οὗτοι γὰρ οὐ περιεχονται τῷ φιδεϊκόμισσῳ. εἴτα λοιπὸν ὁ Παῦλος ἀναφέρει τὸν Νεράτιον ἐν ὁμοίῳ θεματι τὸ αὐτὸ ἀποκαρῶμενον. εἴαν γὰρ τις, φησί, ^{b)} θεράπειαν ἀποκαταστήσαι τινι, τέκη δὲ ἐν τῷ μέσῳ ἢ θεράπειαν ἔτι παρὰ τῷ κληρονόμῳ τυγχάνουσα, οὐκ ὀφείλει ὁ τοκετὸς συναποκαθίστασθαι τῇ θεραπειᾷ· πληρὴ εἰ μὴ ὅρα μετὰ μόραν τοῦ κληρονόμου ἐτέχθη. ἐπάγει δὲ λογισμὸν ὁ Παῦλος. εἰ γὰρ καὶ ὁ Νεράτιος, φησὶ, περὶ τῆς ἰδικῆς καταλειφθεῖσης θεραπειᾶν, ἄλλ' οὐκ αὐτὸ ἐστὶν εἴτε κληρονομία ἔχουσα θεράπειαν, εἴτε ἰδικῶς θεράπειαν κατελείφθη τινὶ. ἀπλῶς οὖν, εἰ μὲν οὕτως εἶπεν ὁ τεστάτωρ, ἀποκαταστήσον τὴν κληρονομίαν, οὐκ ἀποκαθίσταται ὁ τοκετὸς, ὡς ἐν τῷ γ'. διγ. φθάσας εἶπεν ὁ Παπιδανός. εἰ δὲ εἶπε, sine reditu, ^{bb)} ἀποκαθίσταται, ὡς τῷ παρόντι σημειοῦται διγέστω. οἶδας δὲ, ὅτι ἀποκαθίσταται, ὅταν εἴπῃ, ἀποκατάστησον εἴτε περιλιμπάνεται, ὡς ἐν τῷ αὐτῷ διγ. φησὶν ὁ Παπιδανός. σημειώσασθαι τὴν διαφορὰν. [Sch. t. III. 422. sq.]

ἀποκαταστήσαι] Τὸ τῆς ἀποκαταστάσεως ὄμμα πολυήμαντον, ὃ καθ' ἑκάστην σημασίαν ἔχει καὶ ἕτεροῖαν διαφορὰν. καὶ ὅρα ἐνταῦθα σημαῖον τὸ φιδεϊκόμισσον, οὐ ποιεῖ ἐπεσθαι καὶ τὸν τοκετὸν. ἐν δὲ τῷ β'. βιβ. tit. β'. κεφ. κβ'. καὶ tit. γ'. κεφ. ρογ'. θεμ. β'. τὴν τῆς ἀρχαίας νομῆς ἐπανάληψιν σημαῖον ποιεῖ περιεχεσθαι καὶ τοκετὸν καὶ καρπὸν καὶ πᾶν ἕτερον. [Sch. u. III. 423.]

χωρὶς προσόδου] Τὸ χωρὶς προσόδου εἴρηται διὰ τὰ εἰρημένα καὶ παραγεγραμμένα διγ. λη'. θεμ. β'. [Sch. x. III. 423.]

Κἂν μὴ προσέκειτο τὸ χωρὶς προσόδου, ὅμως οὐδ' οὕτως πάλιν οἱ καρποὶ ἢ ὁ τοκετὸς ἀποκαθίσταται· εἰ μῆπου ὑπέροθεον περὶ τὴν καταβολὴν ὁ κληρονόμος, ἢ ὁ διαθέμενος ὀητῶς ἔγραψε, καὶ ταῦτα ἀποκαταστήσαι, ὡς βιβ. μδ'. tit. γ'. κεφ. πγ'. καὶ βιβ. β'. tit. β'. κεφ. κβ'. καὶ τὴν ἐκείσε παραγραφὴν, καὶ βιβ. λε'. tit. ια'. κεφ. ιθ'. καὶ κβ'. θεμ. γ'. [Sch. x. III. 423.]

οἱ ἐν ζωῇ αὐτοῦ τεχθέντες] Τοῦτ' ἐστὶ, πρὶν ἢ ἀποθᾶνῃ ὁ κληρονόμος. τὸ αὐτὸ ἐστὶ, καὶ εἰ μετὰ θάνατον τοῦ κληρονόμου πρὸ τοῦ γενέσθαι μόραν τέτοκεν ἢ θεράπειαν· οὐδὲ γὰρ οὗτος ὁ τοκετὸς ἀποκαθίσταται τῷ φιδεϊκόμισσαριῶ, ὡς τὸ ἐπαγόμενον Νεράτιον θεμα δηλοῖ, καὶ ὡς ἐν τῷ προλαβόντι θεματι φθάσας εἶπεν ὁ Παῦλος. ζητεῖ κεφ. γ'. θεμ. β'. καὶ βιβ. λε'. tit. ια'. κεφ. κβ'. θεμ. γ'. ὅλον, καὶ βιβ. ε'. tit. γ'. διγ. να'. ἐν τέλει. ζητεῖ βιβ. μδ'. tit. β'. κεφ. τελευτ. λέγον καὶ ἐπὶ ληγάτων καὶ ἐπὶ ἀποκαταστάσεως. ὅρα κἀνταῦθα, ὅτι τῇ δούλῃ οὐχ ἔπεται ὁ τοκετὸς αὐτῆς, οὐδ' ἐστὶ παρακολούθημα αὐτῆς, ἀλλὰ ἄλλο τι πρῶτῳ ἐστὶ παρ' αὐτῆν. ἀνάγνωθι καὶ κεφ. η'. καὶ ι'. καὶ τὴν ἐκείσε παραγραφὴν. μετὰ δὲ ὑπέροθεον ἔπεται καὶ ὁ τοκετὸς, ὡς τὸ ἀνωτέρω κεφ. [Sch. y. III. 423. sq.]

Σημειώσαι καὶ ἐντεῦθεν, ὅτι αἱ στρίκται ἀγαγαὶ οὐκ ἀπαιτοῦσι τόκους, ὡς ἀπὸ τοῦ ἴνδικος φαίνεται λέγοντος· Ὁ κοινδικτικός οὐκ οἶδε καθ' ἑαυτὸν τόκους ἀπαιτεῖν πάντως ὡς στρίκτος, εἰ μῆποτε γένηται ἐπερωτίσης. ἀνάγνωθι καὶ τὸ ἐπόμενον κεφάλαιον, καὶ βιβ. μζ'. tit. α'. κεφ. κβ'. ὑπέξελε τὴν ἐξ τεσταμέντο. ἀνάγνωθι γὰρ κεφ. γ'. θεμα τελευταῖον καὶ τὴν ἐκεῖ παραγραφὴν. [Sch. y. III. 424.]

ιε'. Ἰδεμ. Τῶν ^{c)} μετὰ προκάταρξιν ἀποκαθίσταμένων καρπῶν, καὶ τῶν πρὸ τῆς προκάταρξως παρὰ τοῦ καλῆ ^{d)} πίστει νομῶς οὐ δίδονται τόκοι.

τῶν μετὰ προκάταρξιν] Ἐνθα κινεῖται ἡ ὄμη σπικαλία κατὰ τινος, καρποὶ μὲν καταφέρονται τοῦ πράγματος μετὰ προκάταρξιν ὀφρικῶν τοῦ δικαστοῦ· τούτων δὲ αὐτῶν τῶν μετὰ προκάταρξιν φερομένων τόκοι οὐκ ἐνεχθήσονται, ἐπειδὴ αὐτοὶ ὁ καρπὸς οὐ κατὰ νόμον, ἀλλ' ὀφρικῶν ἰουδίκως φέρεται. ὡς ἐκεῖνοι φαίνονται ἀκκεσίονες τῶν κατὰ τὸ ἴσος φερομένων. ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶν μετὰ προκάταρξιν καρπῶν. τί δὲ λέγει περὶ τῶν πρὸ τῆς προκάταρξως καρ-

stituendus sit, quod partus exceptione reditus non contineatur? Et Paulus ait, heredem non cogi, fructus vivo eo perceptos aut partus editos fideicommissario restituere: neque enim fideicommissio continentur. Deinde Paulus refert, Neratium in simili casu idem respondisse. Nam si quis, inquit, rogatus sit ancillam alicui restituere, et ancilla medio tempore, cum adhuc apud heredem esset, partum ediderit, non debet partus una cum ancilla restitui: nisi post moram heredis editus sit. Subiicit autem Paulus rationem. Licet enim Neratius, inquit, responderit de ancilla specialiter relicta, tamen idem est, sive hereditas, in qua ancilla esset, sive specialiter ancilla alicui relicta sit. In summa, si testator ita dixerit, restitue hereditatem, partus non restituitur, ut iam antea dig. 3. Papianus dixit. Si vero dixerit, sine reditu, rursus partus non restituitur, ut hoc digesto significatur. Scis autem, partum restitui, cum testator dixerit, restituas, si quid supererit, ut ait Papianus in eodem digesto. Nota differentiam.

3) restituere] Restitutionis verbum plura significat, et unaquaeque significatio suam habet differentiam. Ecce hoc loco, ubi fideicommissum significat, non efficit, ut et partus sequatur. Libro autem 2. tit. 2. cap. 22. et tit. 3. cap. 173. them. 2. ubi veteris possessionis repetitionem significat, efficit, ut et partus, et fructus, et aliud quodlibet contineatur.

4) sine reditu] Sine reditu dicitur propter ea, quae dicta sunt et adnotata dig. 38. them. 2.

Quamvis adiectum non sit, sine reditu, tamen ne sic quoque fructus aut partus restituuntur: nisi heres moram fecerit in solutione, aut testator ea quoque restitui nominatim iusserit, ut lib. 44. tit. 3. cap. 83. et lib. 2. tit. 2. cap. 22. et ibi adnotatio, et lib. 35. tit. 11. cap. 19. et 22. them. 3.

5) vivo eo editi] Id est, priusquam heres moriatur. Idem est, et si post mortem heredis, priusquam mora fieret, ancilla pepererit: neque enim hic partus fideicommissario restituitur, ut thema sequens Neratii significat, et ut in superiore themate iam dixit Paulus. Quaere cap. 3. them. 2. et lib. 35. tit. 11. cap. 22. them. 3. totum, et lib. 5. tit. 3. dig. 51. in fine. Quaere lib. 44. tit. 2. cap. ult. in quo agitur tam de legato, quam de restitutione. Nota, hoc loco etiam partum ancillae eam non sequi, neque esse accessionem eius, sed diversam ab ea rem esse. Lege et cap. 8. et 10. et ibi adnotationem. Post moram autem partus ancillam sequitur, ut superiore capite dictum est.

Nota etiam ex hoc loco, strictis actionibus usuras non peti, ut constat ex Indice dicente: In conditionem per se usurae non veniunt, cum stricta actio sit, nisi stipulatio interposita sit. Lege et sequens caput, et lib. 47. tit. 1. cap. 22. Excipias actionem ex testamento. Lege enim cap. 3. thema ultimum, et ibi adnotationem.

XV. Idem. Fructuum, qui post litem contestatam ¹⁾ restituendi sunt, et eorum, qui ante litem ^{L. 15. D. XXII. 1.} contestatam a bonae fidei possessore, usurae non praestantur.

1) fructuum, qui post litem contestatam] Si in rem actio specialis moveatur, fructus quidem rei post litem contestatam officio iudicis in eam deducuntur: usurae autem eorum non deducuntur, quoniam ipsi fructus non secundum legem, sed officio iudicis veniunt. Itaque accessiones videntur esse eorum, quae ipso iure in iudicium deducuntur. Atque haec de fructibus post litem contestatam perceptis. Quid dicit de

b) Fabr. in marg. addit ἡξιώθη. bb) Adde οὐκ. c) L. 15. D. XXII. 1. fere iisdem verbis exhibetur in Sch. u. ad Basil. XLII. 1. cap. 51. Fabr. T. V. p. 642. ubi haec leguntur: οὔτε τῶν μετὰ προκάταρξιν, δηλονότι ὀφρικῶν τοῦ δικαί-ζοντος ἀπαιτουμένων, οὔτε τῶν πρὸ τῆς προκάταρξως καρπῶν ἀπαιτηθήσεται τόκος. d) Lege κακῆ, a malae fidei possessore.

πῶν· φησὶν δὲ Παῦλος, ὅτι οὐδὲ τούτων τόκος ἐποφείλεται. καὶ ὁ λογισμὸς δῆλος. ὁ γὰρ πρὸ τῆς προκατάρξεως γενόμενος παρὰ τῆ βόνα φίδε νομεῖ οὐ φέρεται μὲν ὀφικίω τῆς ἐν ἔμ τῆς περὶ τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ἐν ἰδιάζοντι δικαστηρίῳ διὰ τοῦ κονδικτικίου ἀπαιτεῖται. ἐπειδὴ δὲ ὁ κονδικτικίος οὐκ οὐδὲ καθ' ἑαυτὸν τόκος ἀπαιτεῖν, οὐ φέρεται οὐδὲ ἐκείνων τόκος. ὥστε οὖν κανονίως εἰπέ, ὅτι ἐπὶ τῆς ἐν ἔμ οὔτε τῶν μετὰ προκατάρξιν, οὔτε τῶν πρὸ τῆς προκατάρξεως φέρεται τόκος. [Sch. z. III. 424.]

L. 16. pr. D. XXII. 1. τόκους. ις'. Ἰδεμ. e) 'Ο πόλει δωρούμενος οὐκ ἀπαιτεῖται

§. 1. 'Ο παρὰ τοῦ δημοσίου ἀγοράζων οὐ δίδωσι τόκον πρὸ παραδόσεως, ἐν ᾧ τοὺς καρπούς οὐκ ἔλαβεν.

ὁ πόλει δωρούμενος] 'Ο τῇ πόλει φιλοτιμίαν ἐποσώμενος, τόκους τῶν φιλοτιμηθέντων οὐκ ἀπαιτεῖται. [Sch. a. III. 424.]

